Qualiter alexander ſedit i ſolio patris coronatus ɀ de parlamēto macedonibus facto vt ſe ad arma pararent. ſibiq; militiā eligendo.

Alio autem die

Alexander p̄ tribunali in ſolio patris ſui ſedit. ɀ cōgregata multitudine populi tali eſt affatus. Uiri Macedones. Traces Theſſalonicenſes ɀ Greci intuemini alexandrū ſi diſcrepat a vobis ōnis amor omniū barbaroꝝ. Illos ſiquidē ſubiugabo imperio meo. vt nō barbari. ſed greci vrī moꝝ gloria condemnent. Siquis ex vobis arma nō habet tollat de palacio meo ɀ ꝑparet ſe ad pugnam. Et q̄ habet muniatur armis ſuis. Audientes hec ſenes milites vna voce reſponderūt dicentes. Rex alexander multo tempore militauimus cum philippo. Nō eſt nobis virtus vt ferre arma valeamus ɀ anguſtias preliorū. q̄ etas noſtra iam in ſenectute poſita eſt. Unde ſi placet elige tibi iuuenes ɀ militia quam hactenus egimus recenſetur. Reſpondit alexander ɀ ait ſenibus. Malo eligere ſenum grauitatem prouidamq; iuuentutem ꝑ locutatem improuiſam. Quia iuuenes ſolent mortem recipere in iuuentute ſua nimis confidentes. Senes autem agunt cuncta conſilio mirabiliter. Hec eo dicente omnes eius ſapientiam laudauerunt. ɀ acquieſcere ſapientie eius decreuerunt.

Quomodo Alexander ꝑparato exercitu venit in italiam volens romanorum ſuperbiam refrenare et eos ſibi ſubiugauit.

Poſt aliquos

dies congregato exercitu ɀ multitudine preparata. cepit italiam nauigare. ɀ veniens calcedoniam expugnauit eam. Calcedones autē ſupra muros ciuitatis alexandro ei fortiter reſiſtebāt. Quibus alexander ait. Uobis dico calcedones. Aut pugnate viriliter aut poteſtati ſubiugamini pugnatoꝝ. Ueritamē calcedoniā apprehendit. Exienſq; inde ɀ nauigādo pelago ingreſſus eſt italiā volens romanorū ſuꝑbiā refrenare. Conſules vero romanoꝝ aduentū alexandri audientes valde ſunt timore ꝑterriti. ɀ congregato populo auri talenta. ix. milia. ɀ coronas aureas centū direxerūt alexandro ſupplicantes illi vt eos nullatenus expugnaret. Alexāder vero recepto a romanis tributo. ɀ a cunctis italiaz habitantibus vſq; ad mare occidentis quoꝝ regio vocat europa reliqt eos in pace. Et exinde ſulcato pelago affricā ꝑperauit qua paucos rebelles inuenit. eā ſuo imperio ſubiugauit. Exiēs aūt de affrica pecepit militibus ſuis vt p ingrederent ſecū naues ɀ venit ad pharāradem inſulā ad deū Hamonē conſulendum. Factūq; eſt cū iret ad tēplū hamonis obuiauit ei in itinere ceruus quē pcepit alexāder a militibus ſagittari. Illi vero plures mittētes ſagittas. ipm tāgere nullatenus potuerūt. Ut aūt alexāder apphēdit vnā de ſagittis. ipm ceruum cōtinuo vulnerauit. Ab ipſo itaq; die iſte locus ſagittarius appellat. Et ingreſſus tēplū hamōis fecit ibi victimas. Supplicauit alexāder deo vt ei vera reſponſa pmitteret. Deinde moto exercitu venit in locū